ne verbi ישב *jascenu* pro *sederunt*: sederunt, nempe homines in sedibus. Videri posset Augustino magis mirum ænigma, miraque quæstio, quo pacto dicatur apud Danielem *a*, quod *judicium sedis*, Chaldaice, prout extat in ipsomet Auctoris textu, דינא יתיב *dina jethib*, Græcè, κρίσις ἐκάθισεν. Sed tenius est, quod sederunt judices אתוני דינין *lajlanim*, quos alii vocari putant אדוני *adonim*: vel Christus ipse summus judex. In libro Sapientiæ *b* docui, quæ sint sedes, quibus assistat, & quarum dicatur *assistrix sapientia*, videlicet Angeli, qui eodem loco vocantur *pueri Dei*: aut sedentes judices; aut justi, quibus peculiariter Deus dicitur insidere. Observatu dignum, præter ea, quæ dicta sunt psalmo 118. *c* de administrantibus Ecclesiam pontificum de summis Pontificibus, peculiariter usurpari, quod sedeant, vel sederint, vel iis sedentibus quidpiam fiat, & factum sit. Hoc animadversum prius à Polydoro Virgilio *d*, causſam reddente; & quia ex Clementis Romani præscripto Episcopalis cathedra in eminentiore templi loco collocatur, unde Episcopus, juxta nominis etymon, undique speculari posset: & quia modestius est id verbum, quam imperandi, vel regnandi. Inde manavit honos habitus cathedris Jacobi & Petri, & istius cathedræ tùm Antiochenæ, tùm Romanæ duplex solemnitas: religio etiam Petri Martyris Alexandrini, qui veritus ex cathedra emicantem splendorem, nō potuit induci in ea sedere e postremo cognomen Principis Ecclesiæ indidem fluxit, ut Cathedralis diceretur.

a c. 7. 10. 26

b cap. 9. 4

c vers. 23 De summis Pontificibus peculiariter usurpatur, quod sedeant, aut sederint, aut sedentibus eis aliquid fiat. *d* Virg. de inv. rer. lib. 3. & 4. de inv. rerum pag. 6

e in Assis.

In judicio.) Chaldaicè, *ad judicium in Jerusalem*. Hebraicè aut *judicii*, aut *judicii*, aut *ad judicium* למשפט *lemispath*. Græcè, εἰς κρῖσιν, in judicium vel *judicationem sive judicandi actum*: denique *ad judicandum* quod posset Hebraeum quoq; vocabulum significare, pronunciando למשפט *lemispoth*, ut verbum. Apollinarius perspicue hoc, & priora declaravit, cum proximè sequentibus.

Κεῖσ᾽ σοφοὶ πὼγυγα δ᾽ὸσε μεμιλημένοι ἕδρα
Δαυίδ᾽ε ῥηξιδρήσ᾽ μεγὰ δώματα θῆκεν.
Illic docti & fingebantur judicio grata (vel *accurata*)
sedes
Davidis magnanimi in domibus sedes.

f Philippus des Portes:

Accedat & elegans Poeta Gallus *f*,
Là se voit rangez par dedans
Maint throne, où l'equité s'observe
Throne constant, qui se reserve
Pour David, & ses descendans,

Cassiodorus interpretans de judicio universali, notat per absolutum nomen *judicii* hic intelligi: quemadmodum quum ponitur *vitæ* nomen, absolute debemus æternam ac beatam intelligere.

Sedes super domum David.) Hieron. *domui David*; quod valet articulus nomini præfixus לבית *levevth*, vel in genitivo, *domus David*: cui quoque caluit servire articulum illum sæpe monuimus, Chaldaicè, *sedes in domo sanctuarii Regibus domus David*. Regiam quidem habebant Reges non procul à templo, sed distitus erat locus, ubi civilia judicia exercebantur, utpote in portis civitatis. Voluit fortasse Paraphrastes, tantum significare, à Regibus excitatas sedes in templo, quamvis non pro seipsis, & civili magistratu, sed pro Sacerdotibus, foroque sacro. Vel certe, ut Sigonio *g* placet, post reditum de captivitate Babylonica constitutum est concilium, quod antea comprehendebat alios, ex sola familia David: licet id Herodes postea sustulerit: atq; de hujusmodi suæ familiæ concilio vaticinatus est ipsemet David, canens de reditu ex dicta captivitate. Prius dixi, alios existimare hic de civilibus agi sedibus, de Sacerdotalibus in priore membro: quosdam de primis utrobique: Sacerdotales includi in atriis, & domo Domini, sive in templo, ejusque atriis. Ceterum, idem valet *super domum David*, quod in domo illius: sicut priore psalmo *h*, *super manu dextera tua*, hoc est, in manu dextera tua: & in 34. *i* *super salutari tuo*, ideſt in salutari tuo: & in Ecclesiastico *k*, *super his omnibus benedicite Dominum*, hoc est, in his omnibus. Additam hoc loco præpositionem, qua textus caret Hebræus, volunt qui mysticum sectantur sensum, ut significaretur spectare ista ad Christi thronum longe superiorem, & excellentiorem Davidis throno, quique præsit, atque dominetur ipsimet Davidi, qui etiam vocat *Christum Dominum suum* *l*. Præterea, designare quosdam sanctos magis eximios, ac super familiam Christi, ideſt, super ceteros de eadem sanctos, quibus judicandi dignitas concederetur.

g c. 6. de Rep. Hebr. cap. 7

h vers. 5

i vers. 9.

k cap. 32. 17

l Psal. 109. 1

Vers. 6.] Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem, & abundantia diligentibus te.

DEinceps continetur adhortatio, ut omnes tùm de capitvitate reverterentes, tùm quavis alia de causſa proficiscentes in Jerusalem, hactenus tantis hic laudibus celebratam, bene ipsi precentur, eamdemque salutent. Ac primum quidem istius versus membrum est de salutationis exhortatione; ut cuncti rogent ac interrogent ipsammet civitatem, quæ ad pacem sunt, dicendo Pax ne tibi est? respondesne tu nomini, ò Jerusalem, quę sic dicceris, quasi visio, & possessio perfectæ pacis? salve Jerusalem, pax tibi Jerusalem, valeas Jerusalem, prospere tecū agatur Jerusalem, servet te Deus ac beet, Jerusalem. Nam *pacis* vocabulo cuncta Hebræi bona perfectamque felicitatem solent intelligere, ut sæpe vidimus. Hunc ipsum sensum sequuntur, qui legunt hoc loco, *interrogate*: & Græcè, ἀσπάσασθε *salutate*, ut posteà dicemus. Præterea similes formulæ sunt aliis in locis. Quod enim Sauli dixit Samuel, ut habetur in editione nostra *m*, *quumque salutaverint*, Græcè legitur, καὶ ἐρωτήσουσί σε τὰ εἰς εἰρήνην, & *interrogabunt, te, quæ ad pacem*: quod item Hebræa sonant, ישאלו לך לשלום *veseialu leKa leselalom*. Eadem prorsus Hebræa phrasis pro Latina *n*, & *salutabitis eum ex nomine meo pacifice*: ad verbum, *& interrogabitis eum ex nomine meo ea ad pacem*: Græcè autem ἀσπάσεσθε αὐτὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου ἐν εἰρήνῃ. Taudem quod narratur Latinè, Jephthum clementer resalutasse fratres, & interrogasse, dicendo, *sanus est pater vester o*? Hebraicè habetur, quod *interrogavit eos ad pacem*, vel *rogavit eis, sive pro ipsis, ad pacem precatus est illis pacem*. Sed Græcè, quod ἐρώτησεν αὐτοὺς εἰ ἔστι, *interrogavit eos, quomodo habet is*? Observabit hæc Agellius ante me. Rectè autem, ut libere pergi posset in Jerusalem, rogandum dicitur, quæ ad pacem sunt ejus, vel interrogando, vel precando; quia præceptum illuc ter in anno ascendendi non obligabat, nisi *quum Dominus tulisset gentes à facie populi sui, & dilatavisset terminos ejus, nullusque insidiaretur terræ ipsius, ascendente ipso* *p*. Ex quo intelligitur, quam obstent cultui divino bella, quamque Paulus *q* merito indixerit pro Regibus, & Principibus preces, *ut quietam tranquillamq; vitam agendo*, ac *sine timore de manu inimicorum liberati*, liberius precari posset, Deusque coli *in sanctitate & justitia* *r*. Id præterea perspicitur, quo referri debeat pax, rerumq; copia, de qua mox nimirum ad cultum Dei; qui si non procuretur, aut negligatur, variæ clades exoriuntur belli, famis, pestis, &c. In altero versus nostri membro videtur magis exprimi particularis modi bene precandi, salutandi; principium, ut quis dicat post generalem salutationem, quæ preces sit, abundantia sit, ò Jerusalem, omnibus qui te diligunt, affluant copia rerum omnium cedant illis ad votum affluenter omnia quod alius dixit ἐυπαθήσατωσαν οἱ ἀγαπῶντες σε bene affecti sint sani, salvi bono corporis animique habitu præditi, quicumq; te diligunt: & iterum alius dixit, ἐρημιεύσατω quietant pacate agant, nihil eis negotii, aut molestiæ sit, quieta sint illis omnia, deniq; benedicat Deus benedicentibus tibi, & eos *benedictionibus repleat* *s*. Duo ista, pax & abundantia, civitates communi hominum æstimatione reddunt beatas: si pax desit, abundantia potiri tuto non licet: pax sine abundantia, efficit veluti fecuram miseriæ possessionem. Quamquam sæpenumero comites pacis felicitas & abundantia soleat esse. Athenienſibus quidem simulachrum pacis erat, quod manu ferebat Plutum divitiarum deum, ut est apud Pausaniam *t*, Pax etiam

u & *cornu retinet divite copiam*.

Item —— *x Hinc tibi copia*

Manabit ad plenum benigna.

Item —— *y apparet quæ beata pleno*.

Copia cornu,

Qua de re Aristides *z*. Epitheta pacis sunt, ut sit βαθύπλουτος, βαρυόβολος, πολύολβος, ἐυβοτος; πολυκτήμων, ἐυαρχής: quæ omnia important opulentiam, copiamque quam Etaias *a* cognominat *requiem opulentam* מנוחות שאננות *menuchoth scheananoth*, *residentias tranquillas*, *mansiones opulentissimas*. Jam vero Latini mystice interpretantes, dirigi sermonem dicunt ad Jerusalem spiritualem, præcipue ad cœlestem, sive ad sedes ipsius, & eos qui sunt indicaturi, atque ipsomet nomine Jerusalem appellantur, ut quod ait Augustinus ac Prosper, legendo, *interrogare*, & Cassiodorus, exponens *rogate* pro

Sensus loci.

a Matt. 23. 35. & seq.

b Luc. 19. 42 *c* Psal. 33. 35 & Rom. 14. 16 *c* cap. 13. 18

d Jerem. 29. 7

e Esd. 3. 8

Ad pacem conducētia.

f 1. Tim. 2. 2

g Luc. 1. 75

h Ibid.

i Cant. 1. 8

k 1. Reg. 5. 7. & seq.

Comites pacis felicitas & abundantia.

l in Artaxerx. & in Bestiis. *m* Senec. Medea actu 2. in Choro. *n* Horat. lib. 2. ode 15 *o* Idem in Carmine seculari Pacis Epitheta. *p* erat. pro concord.

q cap. 32. 18

In Psalmum CXXI. Vers. 6. 385

pro *interrogate*, discernant à superbis humiles, ab impiacidis separent pacatos, & fiat unitas, abundantiaq; diligentibus ipsam; quia pacem cum illa habent, ejus in æternum divitiis abundabunt, præsertim qui debuerint id quod acceperunt à Deo ad tempus, opera, exercentes misericordiæ de quibus fiet interrogatio in judicio *a*, & approbatio, commendatioq; illorum, qui illa exercuerint, & fiet quædam concordia ieu æqualitas, ut reddantur pro temporalibus spiritualia. Hilarius explicat ut fiat interrogatio de doctrina pacis, ut hæc hic ediscatur atq; diligat *r*, dilectio autem pariat abundantem felicium proventuum copiam: tandem vero æternitas copias & fructus æternos. Alii *rogandi* verbum sumentes, ut est idem quod orare & precari, volunt peti à sedibus, hoc est, à Sanctis qui sessuri sunt judices, & jamascenderunt, ut orent, pro illis, qui ascensuri sunt ex hac Jerusalem inferiore, ad illam superiorem, eaq; rogent ac impetrent, quæ ad pacem Jerusalem cœlestis adipiscendam conferant: ut non ignorantes, *quæ ad pacem nobis* *b*, istam *inquiramus*, *persequamur*, *consectemur* *c*. *Beati omnes, qui diligunt te, (ò Jerusalem*, ait Tobias *c*) *& gaudent super pace tua: & qui quærunt pacem civicatis, ad quam trasmigrandum est, orantque pro ea*, adipiscenda, *quia in pace illius erit pax nostra* *d*; & deprecatio ipsorum ad Dominum est, *ut detur pax illius in omni loco* *e*, nempe hic quoad fieri potest & in cœlis magis perfectè. Quæ ad pacem conducunt enumerat Hugo, intercessionem amicorum; emendationem peccatorum, cessationem ab injuria, justitiam, amorem legis divinæ, bonam voluntatem. Præterea ducet gigni bonorum abundantiam, per charitatem, operaque misericordiæ, & per paupertatem voluntariam. Adde cum Apostolo *f*, & pietatem esse quæstum magnum. Rickelius adhuc orandos dicit sanctos utriusque Jerusalem, rogent quæ ad pacem sunt Ecclesiæ, hoc est, pro pace spirituali & statu pacifico ejuidem, *ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate* *g*: item pro abundantia gratiæ, virtutumque in *omnibus diligentibus eam, & ut sine timore, de manu inimicorum liberati*; *serviant Deo in sanctitate & justitia coram ipso omnibus diebus vitæ* *h*. Qui pacem diligit cum Deo, proximo, seipso, non potest non abundare operibus bonis, divinis consolationibus; postremo, si perseveraverit, æterna felicitate. Recti diligunt Deum, *memores uberum* *i*, ideſt, abundantiæ, quæ est fructus, merces, præmium dilectionis, ut quis diligendo facere possit, & faciat esse bonum, quod diligit, etiam si sit in alio, inquit Rupertus *m*.

Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem.) Hieron., & Augustinus, *rogate pacem Jerusalem*. Ubi status regiminis, in quo est nomen שלום *scelom*, arguit pacem ipsius Jerusalem, quæ pax roganda sit, vel rogandum sit pro pace ipsius, ut Chaldæum אשלם *ischlem* indicat *in pace* aut *pro pace*. Atque ita vertunt alii ex Hebræo, *postulate pacem Jerusalem, optate pacem, orate pro pace, procamini salutem Jerosolymis*. Rabinus Cajetani docuit illum diverso à ceteris modo transferre. שאלו *schaalu*, in præterito in quo potest esse non tantū in imperativo, *petierunt*, nempe *sedes, pacem Jerusalem*, ideſt, non solum sedes regiæ stabilitæ domui Davidis sunt, ad judicium faciendum, sed quando voluit David occupare Jerusalem, obtulit prius pacem; quamvis propter eos, qui restiterunt *n*, fuerit ei armis agendum. Melior expositio, ut & communior, quæ sumit שאלו *schaalu* imperative: quod verbum significat & *supplicare*, seu *orando petere & interrogare*. Quum his quę prius attuli de salutationibus, cohærere potest utraq; significatio, ut scilicet salutantes vel optemus his quos salutamus salutem & pacem (trita vero formula est לשלום *leschalom leha*, *pax tibi*, pro qua Χαῖρε, & *salve*) vel aviderogemus, sit, ne ipsis salus, pax ve, utque habeant & valeant. Ibidem retuli ex Symmachi versione ἀσπάσασθε δὴ τὴν εἰρήνην *salutate*, vel *amplectimini*, vel *osculamini Jerusalem*. Habent quoq; LXX. in accusativo casu *Jerusalē*, & verbum, ἐρωτήσατε, quod etiam valet *interrogate*, prout est quoque in vetere Latino Psalt., atque in Ambrosiano apudque Augustinum. Cassiodorus autem, & Aygaunus docent hic iumi pro *interrogare*, *perquirere*, *rimari*. Quam ipsam significationem habet per se ipsum simplex verbum *rogare*, ut multis ostendi potest exemplis, & non corruptionem aut diminutionem ex composito, *interrogare*, ut Aygaunus voluit. Itaque in editione nostra, (*rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem*, (potest exponi, vel orate pro iis, quæ faciunt ad pacem civitatis Jerusalem, vel interroga-

te ipsam civitatem ea, quæ ad pacem ipsius pertinent, quæ interrogatio spectat ad salutationem & significationem bonæ voluntatis, & affectus erga illam; ut quum scitetur amat ab inimico ut valeat. Non audeo Genebrardum tequi volentem in codicibus, Græci mendose in accusativo poni τὴν ἐρωτησαν, pro τῆς, vel ᾧ: quamvis Apollinarius expresserit dativum casum.

E'ρώτων ἐρωτᾶσαι δίζησθε βαθύολβα,
pacem ipsi Jerusalem quarite profundam.

Sensum ille reddidit non exactè verba translationis LXX. & alius interpres Græcus, ut dixi, transtulit sicut LXX. in accusativo. Deniq; de punctis non est curandum: quibus mutatis, erit status absolutus nominis שלום *scialom*, *rogate pacem Jerusalem* (quod nos dicimus, *quæ ad pacem*) ideſt, rogate Jerusalē ipsam, pacem, ut de sua pace respondeat, an pacifica sint ipsi omnia, utrum, ut prius quoque dicebam, res nomini, quod *visionem* sonat *pacis*, respondeat. Quod si ἐρωτήσατε, accipiamus pro *rogate*, ut idem est ac orate, (qui verbi usus frequens est in Testamento novo, licet Hermogenes o ἀναίτιον hanc appellet & improprietatem) erit sensus, orate ipsam Jerusalem pacem, hoc est, ipsa pacem suam tueatur & confervet; atque, quod toties repeto, ut sui memor nominis, studeat paci, eamque largiatur suis. Similis constructionis cum duplici accusativo exemplum est Joannes *p*, *ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτὸν, me non rogabitis quidquam*, ideſt, orabitis, ut quidem placet eo loco Chrysost., Theophylacto, Theodoro Heracleotæ & Mopsuesteno, Euthymio, nec ita intelligi posse Augustinum negat, notans æqui vocationem verbi *rogandi*, Assentior eidem Genebrardo minus commode ab aliis exponi in vocativo, *ò Jerusalem*, ideſt, incolæ cœlestis civitatis, *rogate*, &c. Nec improbabile duco quod idem asserit huc alludum à Christo dicente *q*; *si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi*.

o Πεφ. μὲν δὸδ ὰ ὀεὸ. *mrt*.

p cap. 16. 23 1

q Luc. 19. 4

Et abundantia diligentibus te.) Hieron., absque conjunctione, quam textus etiam Hebræus non habet: *sit bene diligentibus te*, se apud Augustinum in speculo (sit bene iis, qui diligunt eam.) Alii (*prospere agant diligentes te*, caut *feliciter*, vel in futuro quod pro imperativo poni solet, *prosperabuntur*, &c. Cajetanus, supplendo aliquid *ideo quiescent amatores tui*, ideſt, inquit, ò Jerusalem, quia ea civitas conjuncta templo Dei, & in te est sedes regia, faciens judicium, pacifica studiosa ea, ideo quiescent amatores tui, & quietem in te invenient: & erunt in te bona cetera, quæ sunt in sequenti versu, Favet Cajetani Rabino Symmachus, qui transtulit ἐρωτήσουσι, *quiescent οἱ ἀγαπῶντές σε, diligentes te*: quod alius, ut antea retuli, ἐυπαθήσατω, *bene*, aut *bonis afficiantur*. Hebraicè שלוי אהביך *schalvi ohabaicheh*. Primum verbum est à שלה *scialah*, quod inter alia significat *fortunatum & salvum esse*, unde & hoc ipsum Latinum vocabulum derivatum videri potest. Exponit alibi interpres *locupletari* *r*, & *bene esse* *s*: in pf. autem 2. *t* cum littera servili בשלוי *beschalvi*, *in abundantia mea*, ibique est sicut hic εὐθηνία: & Symmachus reddit *ipsa luxu*, ut eo loco notavimus. In istis autem, & prioribus nostri versus verbis, est elegans paronomasia quatuor vocabulorum, quantum ad similitudinem litterarum. & partim secundum affinitatem significationis, nempe אל *scialu*, & שלו *scelom* & ירושלם *Jerusalem*, (quod nomen præter morem, sic scribitur, nunc absque י *jod* ante ultimam litteram) & ישליו *islalu*. Græcum nomen εὐθηνία significat *felicem provisum, annonam copiam, rerumque omnium, quæ ad bene esse spectant*. Nihil deest, timentibus & diligentibus Deum, nec deficient, seu, *minuentur omni bono* *u*, & *quærenti bene regnum Dei*, justitiamque ejus, ex qua præsertim pax pendet, *omnia adjicientur* *x*, in cumulum. Incertum ex pronomine Græco, & Latino, utrum *diligentibus te*, referatur ad *Jerusalem*, vel ad *Dominum*. Hoc Apollinarius de Domino exposuit.

Τῷ σ᾽ μάλιστα, φίλτατε, ἀνομάσθω τόπε δλῶς.
Te, Beate, diligentes, immensa manent opes.

Explicant ceteri de Jerusalem: & affixum pronomen Hebræum generis feminini est, & nimis remota constructio est cum Domino. *Lætamini cum Jerusalem*, ait Etaias *y*, & *exultate in ea omnes, qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio universi, qui lugetis super eam*, vel hic adhuc militantem vel præ desiderio ad triumphantem perveniendi) *ut sugatis, & repleamini ab ubere consolationis ejus: ut mulgeatis & delicijs affluatis ab omnimoda gloria ejus*.

r Tirin. *s* Jer. 22. 21 *t* vers. 7

u Psal. 33. 10 *x* Matt. 6. 33

y cap. 66. 10. 11

Vers. 7.) Fiat pax in virtute tua; & abundantia in turribus tuis.

Sensus loci.

HÆC iunt alia verba proximè præcedentibus conjuncta, quæ continent formulam salutationis, faustæq; imprecationis ab illis usurpandæ, qui peterent Jerusalem, vel post captivitatem, vel aliter. At certè vates ipse id ad quod alios paullo ante hortatus fuerat, præstat. Videlicet precamur est, ut pax sit, & conservetur in virtute illius; quatenus robur ac vires, virtus significat potiùs quam in mœnibus, murisve: quia quum in istis bene munitis, fortibus, custoditis, pax est, ac tamquam instatione constituta hostes propulsat, efficitque, ne oppugnentur ab hostibus; civitas quoque tota est in pace; quemadmodum, *cum fortis armatus custodit atrium suum,*

a Luc.11.21 *in pace sunt omnia, quæ possidet* a. Orandum præterea, *ut abundantia sit in turribus* tum propriè dictis, in quibus condi solent & arma, & victui necessaria, tamquam in armamentariis & horreis, tùm ut celsiores & magnificentiores, veluti quæ turritas domos, palatia, basilicas denotant; quæ pariter in se le continent opes & copias varii generis, rigalve gazas. Sic optatur pax & abundantia in armis & foro, in castris & palatiis, & in exercitu & urbe, domi forisque. Nec est inverisimile præcedenti versu actum de pace & abundantia inter cives, eosque qui ad eamdem Rempublicam pertinet: hic autem, quia virtus exercitum potest significare, de concordia in ipsis militibus, & abundantia eorum, quæ bello necessaria sunt, vel ut militum robore simul cum æquitate, hostes pacem flagitare constringantur.

Sensus mysticus.

Mysticè hoc pium votum pertinet ad Ecclesiā utramque, ne militanti pax desit, ipsi conveniens, nec repugnās militiæ, unde cognominatur; abundantia quoq; præsidiorum & subsidiorum necessariorum, à divinis muneribus, sacramentis, &c. Quod vero attinet ad triumphantem, non est votum & oratio ac petitio rei, quæ desit, aut deesse possit, sed congratulatio, & pius affectus, atq; lætitia de bonis, quæ jam habet; utpote cujus *Deus posuerit fines pacem, & adipe frumenti satiaverit eam* b. Tales multas gratulationes per modum optantis & precantis, ipsimet Deo factas & Christo, habet liber Apocalypsis c, in quo aliquando id exprimitur per gratiarum actionem d. Hilarius, Augustin., Prosper, creditur Hieron., ceteriq; fere Latini, *virtutem* accipientes pro habitu bonarum actionum operativo, explicant de charitate potissimum; & de his, qui eminent merito ac sanctitate, nomen *turrium*, ut sint ornamento atque munimento in Ecclesia, præcipue Martyres, qui, ut ait Cassiodorus, oppositione corporum suorum civitatem Dei pia confessione defendunt, & quasi eminentia ædificia hostibus fidei repugnant. Idem propemodum traditur in homilia separata super hoc versiculo, & sequenti, quæ tribuitur Chrysost. ut etiam *abundantia in turribus*, sit per octo veluti gradus, quos numerati nempe manſuetudinis, pacis, humilitatis, largitatis, pietatis, ut quis pro malo nō reddat malum, oret pro inimicis, amittere substantiam iæculi sit paratus ex amore Dei, ad caput turris pervenire, quod est charitas. Pacem quoque. Auctor ille ait esse in Christo, qui vocatur *pax nostra* e, quia illam fecit inter nos & Deum, reconciliando nos Patri: inde consequitur pacem habeamus cum omnibus hominibus; ut non liteget caro contra animam, vel certe non vincat, sed causa cadat, subdaturque. Bern. f turres cœlestis Jerusalem interpretatur, quæ gemmis ædificatæ sunt, ubi *adipe frumenti*: non cortice Sacramenti satiat Deus g, ubi tanta copia, ut nihil, quod nolis, sit; totum sit, quod velis; ubi summa abundantia, summa sapientia, summa potentia; ubi bona naturæ gratiæ, gloriæ bona humanitatis, bona virtutis; bona æternitatis. Gilbertus, qui ablolvit sermones Bernardi in Cantica *h turres* accipit spirituales & propugnacula, in quæ *ædificemur* non tantum *in domo* i, aut *habitacula Dei* k, in his turribus abundantiam esse debere cum libertate; quia dura, duplicataque necessitas, ubi foris obsidio, fames intrinsecus: nec proficit claulos & munitos esse aditus omnes si intus sævus hostis fames, cuncta contristat: ponāe collum turri simile l, ut idcirco non possit in ea fames & egestas esse; quoniam in isto collo, jugi commercio spiritus vitalis, trahitur & refunditur, verbi sacri commeatus assiduus est, & vocalis spiritus discurrit: per id abundantia suavitatis eructatur, & verbū bonum de cordis ubertate, commercium videtur, & glutinum cordis cum ore, A corporis cum capite: *in eo est vinculum*, per quod capiti corpus cohæret, idest, charitas, per quam Christo in Ecclesia: in eodem via, eadem charitas, quæ etiam est spiritus vadens & rediens, & ad suam recurrens originem, unde nascitur, illo reverteus, Auctor operis imperfecti *m* in civitate supra montem posita, hoc est, in Ecclesia supra Christum constituta & fundata, quæ idcirco *abscondi non potest* n, turres, quæ hic nominantur, dicit esse Prophetas, ex quorum libris contra vanas Gentilium fabulas, & contra insanas hæreticorum disputationes salutaria veritatis jacula jactantur; portas Apostolos; muros Sacerdotes, ceteroſque Doctores & gubernatores, quæ excipiunt impetum Gentilium & hæreticorum assiduis quasi sagittis, arietibusque ferientium clerum. Grevæus *o* ostendit à Christo pacem factam in virtute passionis, ubi *erat abscondita fortitudo ejus* p, offerendo se in hostiam reconciliationis: & *abundantia in turribus*, hoc est, in fortibus Ecclesiæ, quos pascit Eucharistiæ cibo numquam deficiente. De hoc pane, & multiplici alio spirituali, qui affatim luppeditatur, potest illa divina promissio commode accipi q, *Absque ullapenuria comedetis panem, & rerum omnium abundantia perfruimini.* Esaias crebro, sed capite potissimum sexagesimo r, describit egregie civitatis hujus fabricam, & ornamenta. Ait, quod *filii peregrinorum* (redeuntes ex Babylone Judæi & mysticè Gentes ad fidem conversæ) *ædificabunt muros ejus: aperientur porta jugiter die, noctuque: afferetur ad ea fortitudo gentium, & Reges earum: qui prius hostes erant, curvi humiliabunt se tibi, & adorabunt vestigia ipsius vocabuntque civitatem Domini Sion sancti Israel: erit pro Sole & Luna Dominus ipse in lucem sempiternam, & in gloriam illius.*

Fiat pax in virtute tua,) Hieron., *sit pax in muris tuis*, Alii, *in antemurali tuo*, seu *in vallo*, & *fossa*, *qua Urbs cingitur*: *vel in mutatione tua*, vel *in possessione*, *substantia divitiis tuis*, ut scilicet salvæ sint, & incolumes: vel *in populo tuo*; vel *in exercitu tuo*: quo pacto verunt etiam ex Chaldæo: quod est idem cum Hebræo, בחילה *bechaleh*. Significat חיל *chail* omnia hic recensita, & præterea *fortitudinem*, *robur*, *vires*, *firmitatem*: ut psalmo 17. *Deus, qui accinxit me virtute*; in 58. *dispergeos in virtute tua*: pro *divitiis* autem in libro Proverbiorum *Multæ filiæ congregaverunt divitias*. Usurparunt LXX. δύναμιν, qua utuntur alias pro exercitu, interdum pro robore, viribusque. Refert Chrysost. alios potuisse προτείχισμα, *antemurale*; quoddam περίβολον, *ambitum*, seu *murum circumductum*, aut φρούριον, *aggerem manibus circumpositum*, quem aliqui vocant φρουραχώσας, vel φρουρακῶνα, *propugnaculum*, ideſt, murum humiliorem, attiori subjectum, unde milites valeant propugnare. Agellius tribuit Aquilæ προτειχισμα, Symmacho περίβολον, aut φρούριον. Sed Theodoretus asserit Symmachum potuisse *mœnia*. Basilius interpretatur per δύναμιν, *subsistentiam* eosque, qui habitabant in civitate. Euthymius & Nicephorus Blemmida, στρατιώτας *milites*, οἷς εἰρηται τὸ μὴ ἔχειν πολέμιον, *quibus pax non habere hostem*. Posset satis commode intelligi pax his desiderata, utfiet in virtute, de virtute, juxta vim Hebræi, secundùm omnes dictas acceptiones; siquidem & *pacem* dicitur quis *habere in substantiis suis* καὶ τὸ ὑπάρχειν ἀνενόχλητον: & virtus valde sæpe pro exercitu, seu robore illius positum legimus, non ita pro aliis rebus. Quamvis autem cum *turribus* in sequenti membro positis, affinitatem habeat murus, antemurale ullum, fossa, propugnaculum, munitio, & à fortitudine has etiam res vulgares linguæ denominent, Hispanica, *las fortalezas*; Italica; *le fortezze*: Gallicas *les forteresses*, *oules forets*; non nemini δύναμιν, & *virtutem* hunc unum habere. Quocirca præstat pro exercitu & militibus interpretari, ut sit deprecatio pro illis, non modo ut non sit hostis; cum quo pugnare debeant: idcirco enim leguntur milites, ut pugnent; sed ut cum pugnandum, sit inter eos concordia, cum Imperatore ac duce suo; quæ res constituit in exacta disciplinæ militaris observantia. Sic vero cum turribus affinitas erit, ut in his abundantia sit annonæ armiſormq; prout antea docui, Nec insolens prophanis scriptoribus δύναμις pro *exercitu*. Immo Theod. y explicans *Dominum Sabaoth* b, per κύριον δυνάμεων ἢ στρατιῶν, subdit ἐκ γὰρ παρ' ἑκάστου τὰ στρατιωτικὰ σκεύη δυνάμεις καλεῖται: etenim apud Græcos militare ordines δυνάμεις vocantur. Si cui placet explanare, *ut fiat pax in virtute*, ideſt, per virtutem & exercitum, qui adeo strenuus sit, simulque justus, ut hostem ad petendas pacis con-

m *hom.* 16

n Matt.5.14

o *serm.* 278 p Abac.3.6

q Deut.8.9

r *vers.* 10. & *seq.*

s *vers.* 33. t *vers.* 12. u *cap.* 31. 20

x Ecclesiast. 41.1

y *epist. dicta decret.*

conditiones compellat, non equidem repugnabo. Mu-A ros, similia sumendo, non nude spectare debemus, sed cum custodibus, defensoribus, præsidiariis militibus.

a *vers.* 14 Lege commentarium psalmi 47. a *Ponite corda vestra in virtute ejus.*

Et abundantia in turribus tuis,) Hieron. absque conjunctione, qua caret Hebræus textus; *abundantia in domibus tuis*. Alii, *prosperitas*, vel *prospera omnia*, vel *quies*, sive *tranquillitas*; vel *salus in palatiis tuis*: item, *opulentia in ædibus tuis* aut *prætoriis*. Prima vox est שלוה *scialuah*, à שלה *scialah*, de quo dictum priore versu. Altera ארמנות *armenoth*, quam transfert Interpres nunc *mania* b, nunc *palatia* c, nunc *domos* d, nunc *templa* e; fortassisq; derivatur à רום *rum*, quod est *altum esse*. Sic *turres* pro turritis quodammodo & præcelsis domibus hic ponerentur. De illa voce dixi psal. 47. f nec non de Græca præsentis hujus loci πυργοβάλτων deductam à πύργος, *turris*, & βάλος *palatium*? (de qua ultima dictione in psalm. 44. g disputatio longior fuit) quasi dicas turrita palatia: vel quod suo etiam tempore Græcos uiurpavisse testatur Ambrosius h, excellas, turritaque domos. Hilarius B in hoc nostro loco, qui præmanibus est legens *in turribus tuis gravibus*, derivatum putavit nomen non à βάρος per *iota*, sed à βαρὺς per *upsilon*. Rationem etiam reddit nominis, quia in omni genere civitatis nihil neque firmius, neque utilius, neque celsius turribus est: solita vero Scriptura est gravia pro firmis & immobilibus nuncupare: ut *in populo gravi laudabo te* i. Denique mysticè vult significari Principes gravissimos, & firmissimos, eosq; fideles & sanctos viros, qui ceteræ civitatis hujus ædificationi tamquam turrium firmitate præstant. Verum dicto psalm. 44. K videor satis demonstrasse, non à βαρὺς, sed à βάλος componi nomen πυρροβάλτων. Suida & Phavorinus, πυρροβάλτους, non autem πυρροβάλους interpretantur, πρὸς ἀχυρώσεις, vel τοὺς ἐχυρωτάτους, τοὺς πύργους, vel τὰ ἐπάλξεις, *propugnacula*, aut *turissimos*, *munitissimos*, *fortissimos turres*, vel *muros magnos & sublimes*. Idem ferre tradit Helychius, apud quem tamen corruptè legitur πυργοβαρεῖς. Tandem, quod bona Hilarii venia fit dictum, in psalm. *l* quem citat, *populus gravis*, non C per se firmum & immobilem, sed mulcum, atq; copiosum significat, ut ibidem docui: ex consequenti autem illud etiam denotat, quia robur populi est, quam lo tam multis constat, ut non reformidet hostem. Transtulerunt alii quos Chrysost. refert, pro primo nomine εὐπάτεια, aliud εὐπάθεια, *prosperitas* aut πρᾶμια *quies*, aut ἡσυχία, *tranquillitas*; pro secundo βασιλεία *regias*: & Theodoretus recitat ex Symmacho, ἡσυχία ἐν τοῖς βασιλείοις σου, *tranquillitas in regiis tuis*. Apollinarius, quamvis in tempore præsenti, sic exponit.

Ἔρρωσαι εὐημερούσαις τὰς ἐν σοὶ ζωὰς θνητῶν.

Arcibus turritis sunt vivifica opes.

Vix differt hoc membrum à præcedente, si virtutem sumas ibi pro muro, aut re simili: & hic nomen שלוה *salvah* pro *quiete*, quam dixi posse significare. De turribus Jerosolymitanis nonnihil attigi ps. 47. *m* rejicions lectorem ad topographos, sive chorographos, tùm etiam ad Villalpandum n noſtrum. Earum Titus admiratus proceritatem, firmitatemque, fertur exclamasse Deo plane adjuvante pugnavinus, & Deus erat, qui detraxit ab istis munimentis Judæos o. Turrium ad muniendum usum re- D periſſe primos Cyclopas ex Aristotele narrat Plinius p; deq; usu eodem præscribunt archi tecti, quive de re militari tractant, Vitruvius q & Vegetius r. Exolevit ea nunc ratio muniendarum urbium, proq; turribus propugnacula sunt, quas vocant *bole vardas*, iuntq; quam turres depressiora, & extra muros excurrunt ad intervallorum, quas *cortinas* dicunt, lateralem utrinq; defensionem, quas nominant *flancas*. Ad ornamentum præterea, decoremq; vel monimentum, memoriā nve turres olim excitatas, testatur non solum vetustissima illa Babylonica, linguarū confusionis & dissrepantiæ occasio, s. Sed Homerus etiā in versibus, quos ei ascribit Herodotus t, in quibus eo modo canit, urbem quasi coronari turribus, ut planitiem ornante equites, naves oram maritimam, opes, domus, forum Regis præsentia, penates perennis focus.

Ἀνδρὶ λιτὸ ἐόντα & παῖδες, πύργοι δὲ πολῖται,
Ἵπποδίη τε πεδίον κοσμεῖ: νῆες δὲ θαλάσσης
Χρήσιμαι δ' αὖτε οἶκο ἀπὸ γλαφυροὶ βασιλῆι
Ἥμενοι ἐν ἀγορῇ δ' ἄλκιμοι ἀνδάνειν,
Ἀβουλίη δὲ πύρης γεραιότατος οἶκο ἐγείνατο.

Pulchra corona viro, nati, sed turribus urbes,
Campi ornantur equis, mare navibus, & domus amplis
Auctior est opibus: justi præstantia (præsentia) Regis
Augustum facit esse forum proprioſque penates
Luce sua exornat focus, exhilaratque perennis.

Causa excitandæ turris Babylonicæ.

Babylonicæ præterea turris excitandæ causſa traditur alia, metus alterius eluvionis. Unde constat originem longè antiquiorem hujusmodi fabricæ, quam à Cyclopibus esse; vel, ut prodidit Theophrastus à Phœnicibus; qua de re Franciscus Georgius u, noſterq; Delrius x. Ante Cyclopas quidem, licet post Nemrod, qui Princeps ædificantium Babel habetur, ducentis circiter annis Semiramis, quum extrueret Babylonem, quinquaginta supra ducentas in ea turres excitasse memoratur, quarum altitudo, latitudoque magnificentiam æquaret murorum y. Tandem notari potest Cælestino Papæ II. placuisse recipere in symbolum versiculum istum z.

Vers. 8.] Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te.

Vers. 9.) Propter domum Domini Dei noſtri, quæsivi bona tibi.

Sensus loci.

RE Ddit in fine causſam, quare sit bene precatus omniaque optarit, & omine quodam commoda prænuncia verit Urbi Jerosolymitanæ, dirigens ad eamdem sermonem, ut majorem exprimat affectum, atque sollicitudinem piæ admonitionis, vel loquitur Hilarius. Causſa, inquit, fuit, ò Jerusalem, cur loquerer pro te ad Deum, orans bona, & apud alios de tuis laudibus, meiq; circa te votis, quia incolas tuos, civesque, fratrum & propinquorum, & amicorum loco habeo: teque illis ornari, illoquete ipsa, vehementer concupisco, ac nominatim, ut quaſi postliminio, revertantur ad te calamitoſi illi, quos tam longa & dura in Babylone captivitas adeo procul à te abesse compulit. Deinde, amor me, ac veneratio sacri templi, quod est in te fuitve, eratque præstanti simum deeus tuum, sed à sacrilegis Babylonis eversum est planeque vaſtatum, animum meum valdò stimulat desiderio, ut iterum, quod etiam brevi futurum spero, exſtruatur, & celebriter frequentetur. Cajetanus hæc de Davide intelligit curante civitatis temporalem prosperitatem, propter affines seu sanguine junctos, & propter socios, vel omnes cives, vel eos, qui cum ipso fuerant in deserto, quando fugiebat Saulem, vel ex Jebuæis illos, qui faverant ipsi adversus alios in adeunda possessione Jerusalem. Præterea ob reverentiam erga tabernaculum aut etiam templum aliquando ibidē ædificandam. Prior opinio verior. Hæc mysticè congruunt optantibus pacem, bonaq; cuncta utrique Ecclesiæ militanti & triumphanti, ob amorem civium Sanctorum & domesticorum Dei, multo autem magis ob amorem ejusdem Dei, qui est conditor, habitor, gubernator, Dominus & Rex duplicis istius vel civitatis, vel domus.

Hoc munus cujuſvis fidi ac veri amici Dei, Dei cupere quærere, procurare honorem inprimis, postea in proximi salutem: non honorem proprium, non pecuniam, non vitam ipsam, *non quæ sua sunt*, non seipsum sed, *Jesum Christum* a, *non quod sibi utile*, *sed quod multis* b, non *propter invidiam & contentionem & non syncere*, sed propter *bonam voluntatem & ex charitate* c. Non qui quærit propter se bona, non quærit Deo & civitati ac domui ipsius, ideoque nec illa habebit, inquit Augustinus. Pulchros Esaias d, & eum Paulus e imitatus, appellant *super montes*, *pedes annunciantis*, *& prædicantis pacem*, annunciantis *bonum*, *prædicantis salutem*: dicentis Sion, *regnabit Deus tuus*. Tobias f vero, compellans Jerusalem *civitatem Dei*, hortansque ut *confiteretur Domino in bonis suis*, quæ habuerat ante captivitatem,) *& benedi-* f *cap.* 13. *& seq.* *eret Deum sæculorum, ut reædificaret in ea tabernaculum suum, & revocaret ad ipsam captivos*; denique multa eidem bona bene precatus, & vaticinatus, ait, *Maledicti erunt, qui consumserint te; benedicti qui ædificaverint te, &c. Beati omnes, qui diligunt, & qui gaudent super pace tua. Anima mea benedic Dominum, quoniam liberavit Jerusalem civitatem suam à cunctis tribulationibus ejus: Dominus Deus noſter. Beatus ero, si fuerint reliquiæ semini meī* (hi sunt fratres, & proximi hoc loco no-

a Philip. 2. c b 1. Cor. 10. 31 c Philip. 1. 15. 16. 17

d *cap.* 52. 7 e Rom. 10. 15

minati) *ad videndam claritatem Jerusalem.* David autem A noster videri post suum hic desiderium visendæ cœlestis Jerusalem declarare, cujus nuntio finitio lætatum se cecinit conjungens ibi & hic societatem civium superno-
a Ἡ τῶν sub finem. rum. Clemens Alex. *a*, quum recitasset Euripidem dixisse in suo tergo pennas esse aureas: & aptata Sirenum sibi amabilia talaria: quodque iret in immensum sublatus æthera, Jovem conventurus: de ipso subjicit, ἐγὼ δὲ ἵνα ὑποδήματα τῷ ἀνεῦμα τῷ χριστῷ πτερὰ σοι μὲ εἰς τὸν ἱερουσαλὴμ τὸν ἐπουράνιον: *ego autem ut pro calceamento spiritui Christi, ut me sustollat, & volare faciat in meam Jerusalem.* Arnobius, & quem appellant Hieronymum, volunt hic loqui Christum, qui etiam *suos esse fratres* affirmavit, *qui faciunt*
b Matt. 12. 50 *Patris voluntatem* b, atque sumendo præteritum pro futuro, profiteri se locututum de civitate cœlesti rerumque illi promissarum, cum participatione ipsius in id ipsum, & ut secum regnent fratres sui, & bonis fruantur æternis: id etiam à Patre postea postulasse *c*: *Pater*
c Joan. 17. 24 *rogo, ut ubi ego sum & illi sint mecum: ego in illis, & tu in me; ut videant gloriam meam,* sive claritatem; *quia dilexi-*
Sensus mystici. *sti me ante constitutionem mundi.* In sensu mystico admittimus: non quod hic sit litteralis dum taxat, ut Valentia, & quidam alii contendunt; Rabbi Halcusi *d* colligit hinc, & ex aliis locis, à Deo appellari homines fratres;
d in Ecclesiast. 12 e lib. 3. c. 28 ad indicandum ut argumentatur Galatinus *e*, quod per naturæ nostræ assumtionem frater noster fieri debebat.
f in Ps. 117 Præterea in Midras thehilim *f* habetur, dicendum hominibus Angelis in judicio, ne timeant coram Deo, quia
g Ps. 143. 14 filius civitatis nostræ est, *nos populus appropinquans ei* g, hoc est, propinquus & consanguineus ejus; denique fratres ejus sumus, ut hic habetur: immo & *ille Pater no-*
h Deut. 32. 2 Heb. 2. 6. 5 *ster* h. Notat hoc idem Galatinus *i*. Potest demum hæc eadem sententia applicari ad quemlibet, qui sit de aliqua familia, vel ordine, cui peculiaris amor, & cura sit, ut debet, de pace, bonisque familiæ, & ordinis, ad quem pertinet ut propter fratres, & proximos suos, propterque hanc domũ quæ Domini Dei est, loquatur pacem, & quærat bona illius tum in præsenti vita, tum præsertim in futura. Ibi
K Sicem de Ordend. qui habetur in Benedictina Florilegio. Odio Cluniacensis *k* juxta fidelem opinionem, ut ipse loquitur, tentit quod unusquisque Sanctorum cum illi resurget in regeneratione, quos Domino acquisivit, ut san- C ctus Benedictus, de quo agit, cum suis monachis.

Propter fratres meos, & proximos meos.) Hieron. secundo loco, *& amicos meos*; sed in speculo retinet. Augustinus, *proximos*: Alii, *cognatos socialesve*. Significant רעים *rehhim, socios, familiares, sodales, amicos proximos*. Sed hoc ultimum Latinum nomen, pro quo quidam codices habent, *propinquos*, & ita videtur in commentario legere Hilarius, quem ad modum Græcum σὺν πανοικίᾳ, comprehendit omnes, quibus ob communionem naturæ atq; charitatis divinæ præceptum debetur amor, etiamsi forsitan sint inimici. Quare per se loquendo fraternum nomen strictius ac perfectius est, quam vis confundatur quandoque cum vocabulo *proximi*, & similium. Idcirco non satis certum discrimen Brunonis & Remigii: tametsi mystice sumtum, ut per *fratres* intelligantur omnes fideles, qui filii Dei sunt adoptione: per *proximos* seu *amicos*, perfecti, qui sunt Deo in peculiari quadam conformitate proximi. Oppositum docet Haimo, fratres esse magis adjunctos, & similes in bonis operibus; proximos quoscumq; Christianos: Lyranus & Rickelius primos Judæos, se- D
l Matt. 19. 17 cundos reliquos fideles; alii illos religiosos, qui ut essent
Heb. 5. 17 perfecti, *reliquerunt omnia* l: hos, qui *ut ad vitam ingrederentur* contenti fuerunt *servare mandata* m.

Loquebar pacem de te.) Hieron., & Augustinus, *loquar pacem tibi*. Omisit interpretationem particulæ נא *no* post futurum אדברה *adabberah*, quæ habet vim hortantis, vel significationem temporis præsentis, vel redundat, ornatusve tantum caussa ponitur, quemadmodum Græca particula δή. Expressit Chaldæus חדיין *chedin, nunc*, sed hoc ipsum adverbium interdum ad ornatum dumtaxat, vel redundanter usurpatur. Refert Chrysostomus aliam lectionem in futuro λαλήσω εἰρήνην ἐν σοι, *loquar pacem in te*. Tempus frequenter pro tempore sumitur; maxime in præsignificationibus divinis, ob earum certitudinem, præteritum pro futuro, ut tam sæpe admonuimus: præterea, ut actionis continuatio denotetur, quæ ita fit facta, ut sit adhuc futura. Nec refert, *de te*, an *in te* dicamus. *Loqui pacem in te*, est, ut sit in te: *loqui de te*, ut sermo versetur circa te, optando pacem tibi, ac in te esse: denique loqui de pace ipsa propter te.

Propter domum Domini Dei nostri.) In Romano Plant. & apud Hilarium, Arnobium, putatitium Hieronym., Cassiodorum. *Dei mei*. F. cile est ex אלהינו *elohenu* pluralis numeri, facere אלהי *elohei* in numero singulari. Et haberet peculiarem affectum pronomen singulare. Sed omnes etiam Græci codices habent τοῦ pluraliter. Chaldæus exprimit, בית מקדשא *beth mukdesha, domum sanctuarii*: communiorque expositio est de templo, quamvis cœtus universus fratrum & proximorum, qui Deum eumdem unum colant verum, dici possit ejusdem Dei domus; ita ut istis verbis repetitio contineatur prioris membri, *paxque*, ac *bona* idem valeant; quia *pacis* vocabulo bona cuncta comprehendi solent.

Quæsivi bona tibi.) Hic etiam ex Hebr. אבקשה *avabbeseah*, redditur in futuro, *quæram*, quamvis in speculo legat Augustinus, *quærebam*; sed eadem ratio, quæ de verbo *loquebar*, in priore membro. Quæsivit desiderando, ut Apollinarius exponit, orando, & quibuscumque aliis potuit modis.

Ex psalmo toto colliguntur bonæ conditiones Reipu- Bonæ Reip. conditiones. B blicæ, quas attigimus: ut vigeat charitas & concordia, quæ dicitur *participatio in idipsum*: ut pietas, & sanctitas, quam innuit ascensus tribuum ad templum: ut æquitas & justitia, significata per *sedes, sedentes in judicio*: ut pax absq; factionibus & seditionibus, quod indicatur illis verbis, *rogate, quæ ad pacem sunt Jerusalem*; ut copia & abundantia rerum necessariarum, ut sic inter se cives, & incolæ diligant; quod importatur ibi, *abundantia diligentibus te*: ut potentia, milites, turres; quod est esse pacem virtutem, &c. ut amor Principis invitantis exemplo suo alios ad communem fœlicitatem, quod sibi volunt illa, *rogata quæ ad pacem sunt, &c.*

PSALMUS

CENTESIMUS VIGESIMUS SECUNDUS.

Canticum graduum.

1 AD te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis.
2 Ecce, sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.
3 Miserere nostri, Domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
4 Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Titulus, & Argumentum.

Canticum graduum.

Titulo communi gradualibus quindecim psalmis omisso; quod argumentum spectat, videntur hic etiam captivi, exules, peregrini voces esse ad Jerusalem inspirantis, & in ipso aut exilio, aut itinere patientis tribulationem, & laborem, ac Dei benignitatem, atq; misericordiã implorantis. Plures maxime Græci, ad captivos in Babylone Judæos hunc ps. referunt. Lyran., & Ayguan. orationem volunt esse pro liberatione ab afflictione inducta per Antiochum Epiphanem, de qua libri Machabæorũ. Ciconia ostendit loqui Davidem ipsum in maximis afflictionibus constitutum, & ob studium pietatis, cultumq; à superbis contemtoribus. Illustum. Cajetan., quia demto primo versu, in reliquis est pluralis numerus, affirmat non de uno sermonem esse, sed de multis, de quo populo Veteris Testamenti, qui adhuc imperfectus, magnificatiat hæc

Sensus loci.

hæc mala temporalia irrisionis, & despectionis, & jactu- A
a Alb. 5. 41. Hebr. 10. 34 ræ bonorum, in quibus gaudebant fideles illi primi *a*: sed quia id sæpius expertus est dictus populus, nullum certũ tempus assignat. Placidus Parmensis contentit, captivitatem populi generice hic agnoscens. Sed omnes etiam Græci codices habent τὸν ἡμῶν pluraliter. Et haberet peculiarem affectum pronomen singulare. Chaldæus exprimit, בית מקדשא *beth mukdesha, domum sanctuarii*: communiorque expositio est de templo, quamvis cœtus universus fratrum & proximorum, qui Deum eumdem unum colant verum, dici possit ejusdem Dei domus; ita ut istis verbis repetitio contineatur prioris membri, *paxque*, ac *bona* idem valeant; quia *pacis* vocabulo bona cuncta comprehendi solent.

Quæsivi bona tibi.) Hic etiam ex Hebr. אבקשה *avabbeseah*, redditur in futuro, *quæram*, quamvis in speculo legat Augustinus, *quærebam*; sed eadem ratio, quæ de verbo *loquebar*, in priore membro. Quæsivit desiderando, ut Apollinarius exponit, orando, & quibuscumque aliis potuit modis.

Ex psalmo toto colliguntur bonæ conditiones Reipu- Bonæ Reip. conditiones. B blicæ, quas attigimus: ut vigeat charitas & concordia, quæ dicitur *participatio in idipsum*: ut pietas, & sanctitas, quam innuit ascensus tribuum ad templum: ut æquitas & justitia, significata per *sedes, sedentes in judicio*: ut pax absq; factionibus & seditionibus, quod indicatur illis verbis, *rogate, quæ ad pacem sunt Jerusalem*; ut copia & abundantia rerum necessariarum, ut sic inter se cives, & incolæ diligant; quod importatur ibi, *abundantia diligentibus te*: ut potentia, milites, turres; quod est esse pacem virtutem, &c. ut amor Principis invitantis exemplo suo alios ad communem fœlicitatem, quod sibi volunt illa, *rogata quæ ad pacem sunt, &c.*

Vers. 1.) Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis.

Sensus loci.

APerta, & satis clara sententia, cui similis in primo quoq; versu ps. 120. & 24. in cujus præterea à versu 15. dicitur, *Oculi mei semper ad Dominum*; item in secundo ps. *d*, tribuitur Deo *habitatio in cœlis*, atq; in 112. *e*, *in aliis*; & in decimo *f*, 102. *g sedes in cœlo* & in 113. *h*, *cœlum cœli*. Vix proinde addi quid quam debet, sive de hac ipsa peculiari sede, & habitatione cœleſti, quum sit Deus aliquin ubique cœlum terramque implens *i*, sive de sublevandis in oratione ad Deum oculis, tùm corporis, tùm præsertim mentis, quomodo Christus *sublatis in cœlum* olim abat *oculis* k, & ex Ecclesiæ traditione fecit, quando consecravit Eucharistiam. Pluries de hoc Scriptura meminit, ut notata in margine loca demonstrant, quam bis; quod non nemo *m*, tamen affirmavit. Ipse in cœlum prospectus, conjectulq; oculorum omni homini communis in miseria posito, & natura insitus, indicio est, numen esse, à quo misericordiæ auxilium expectatur. Hoc vidit apud Ciceronem *n*, Lucillius. Clemens autem Alex. *o*, ait, omnes homines vel invitos fateri Deũ unum ab interitu alienum, & ingenitum, quumque in C cœli vertice in sua propria specula vere semper esse. Actũ religionis esse oculos elevare in cœlum, testatur etiam Deus, prohibens hos ad idola elevare *p*. Et quidem sicut mentis conversione ad Deum, animam profitemur ab ipso pendere, ipsiusque dominio, & providentia subesse: ita oculorum ad cœlos motione, corpus modi is iisdem eidem Deo subesse. Recte id noster Toletus *q*, advertit. In cœlis Deum beati vident, qui mystice quoque *cœlorum* nomine, ut & justi hic etiam degentes appellantur, quum ibi esse dicitur, & simul invocatur, innuitur immensitas præsentiæ, potentiæ, providentiæ ipsius, quæ se adhæc quoq; infima extendat: mens præterea, corque nostrum illuc evocatur, & erigitur: sic discimus cœlestia potissimum expetere: eadem ratione cognoscimus, quantum sint Sancti à ceteris, maximè à peccatoribus: item ut è cœlis materialibus tot provenire corporalia commoda experimur, sic monemur *omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum esse, descendens à Patre luminum*. Has rationes Alensis *r*, & ex aliis Patribus collegit, do- D cens, cur orantes jubeamur Patrem nostrum appellare in cœlis *s*. Adde, inde quodammodo expectari ad ventũ Judicis, quem boni omnes diligunt *u*. R. Moyses observavit, profiteri nos hoc sermone constantem, stabilem, incorruptibitem naturam Dei, nec non firmitatem in promissis. Missis nunc aliis Patribus, Chrysologus *x*, Hoc quum dicis, ait, nempe *qui es in cœlis*, non sic accipias, quasi sit loco clausus, qui claudit omnia; sed intellige esse tibi genus è cœlo, cujus Pater habetur in cœlo; & age, ut vivendo sanctè, tanto respondeas Patri. Hilarius in commentario, præter cœli materialem sedem Dei, ad quam conscendunt animæ justorum, suoque tempore conseendunt eorumdem corpora, *cœlum*, quod legit in singulari numero, pro Patris accipit persona Deum in cœlo pro persona Filii, qui dicitur esse in suo Patre, quamvis vicissim in ipso ille sit, & uterq; unum sit, omnem ipsum in eo nostram esse, ut unigenitum Deum noverimus. Tandem admonet oportere eum, qui ad Dominum oculos mentis erexerit, non retorquere eos, atq; deflectere, sed ubi reliquerit omne vitiorum profundum, indefesso obtutu, inde mutabili, invictoq; persistere, semper nempe quæ sursum sunt sapiendo, & *quærendo, ubi Christus est in dextera Dei*

a *sedens* y Said in primis citato 24. ps. *z*, factitare se David canebat, *Oculi mei semper ad Dominum*. Pecuinum est oculos declinare in terram *a*, & in ipsomet ventre oculos habere, quod proditum est de quodam animali: non *in capite*, quod sapientis esse Sapiens *b*, scribit, hoc est, in Christo. Idem Christus *c*, ut notavit Origenes *d*, qui citat hunc locum nostrum, quemadmodum pedem & manum abscindi imperans, scandalizet, intellexit affectum & opus, ita in simili præcepto de oculo eruendo, mentem intelligi voluit. Atqui mens in cœlis defixa scandalum non patitur, nec errectis in cœlos oculis, hoc modo, quem dixi, offendet, cadetve, ut illi accidit Philosopho, quem risu anus excepit. Maximè vero lapsus cavebitur, si ut Augustinus hoc loco, præcipit, quisque tollat à se oculum, nec ita attendat, sibi ve studeat placere *e*: sed ut placeat sibi Deus, & ipse illis sibi met autem ipse displiceat. Gradus, scalas, machinas, quibus illuc scandamus, affectum pium vocat, & desiderium, quod facit animam deludare sordes peccatorum, & mundari ab omni labe, ut fiat & ipsa cœlum, quia levat oculos ad eum, qui habitat in cœlo, videlicet, Sancto, Subtiliter autem notat discrimen domus materialis, in qua habitamus, & spiritualis, in qua Deus quam asserit esse animam justi: quia cadente domo, cadimus, & nos: si Deus sab anima diceretur, cadit ipsa, ille in se permanet; quia non continebatur, sicut nos in domo, sed continebat; sed nec in cœlo Deus indiget, ubi habitet sed cœlum ipso indiget, ut ab ipso inhabitetur. Expedit profecto *attenuari oculos* nostros circa hæc infima, *dum suspiciunt in excelsum* e. Publicanus non audens *oculos in cœlum levare* f, quibus indignum se credebat, ipsos mihi tanta humilitate cœlos videtur penetravisse, atq; ad ipsũ thronum gratiæ g, misericordæque pervenisse, quam se offendisse cognoscebat, & ignoti sibi ab ea sperabat. Nam *oratio humiliantis se*; *nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur: & non discedet, donec Altissimus aspiciat* h: Quamquam Origenes *i*, admonet, quandoq; adhibendam hujusce modi humiliationem, nimirum à pœnitente, aliquando mentem altius ad cœlestem contemplationem elevari debere. Verum citatis nuper ps. plura. In ps. 120. juxta mysticum sensum dicebantur oculi levari in montes per invocationem Sanctorum: hic ad Deum ipsum. Utimur enim sanctis mediatoribus nobque *illuminat Deus à montibus æternis* k, ut obtervat Grevæus *l*. Affert exemplum reconciliati Absalonis per Thecuiten, quæ pœnitentiam designabat; & Joab *m*, qui Sanctorum intercessionem. Obtervat præterea, oculis ad Deum in cœlum intentis orantẽ esse similem circumspicienti, qua possit, exire, si fit conclusus: si autem obsessus, ex specula lustranti, sic unde adveniat auxilium: si captus, conversanti oculos, ecquis pone sequatur, qui velit liberare, si subverberibus, intendenti oculos ad Dominum, vel magistrum, ut cessationem imperet: sed ne id frustra fit, levandi oculi, & corda, cum manibus, ad Deum in cœlo *n*, ut bonis operibus illum nobis demereamur. Oculos suos Nabuchodosor abjectus prius ad bestias, ad cœlum levavit, sensumque tunc reditum sibi sensit *o*: Susanna, quia *cor ejus erat fiduciam habens in Domino flens, suspexit ad cœlum*, passa calumniam *p*: impudici senes calumniæ structores, everterunt sensum suum, & *declinaverunt oculos suos. ut non viderent cœlum, neque recordarentur judiciorum justorum* q. Viri justi quasi sublimes, digni habentur, in quos Christus ipse oculos elevet *r*, ut Origenes notavit, apud quem reperi etiam postea; quæ de tenibus, & Susanna modo dixi, Adjicit, ut manus quoque sanctæ sustollantur in oratione *absque ira, & disceptationibus* t, exemplo Moysis *u*, nempe per bonas actiones in morem sacrificii vespertini. Hugo caussas cur levandi sint oculi ad Deum, sive modos assignat septem; videlicet, ut id faciamus tamquam ad adjutorem, exemplar, librum, thesaurum, viam, speculum, patrem: quæ non incommodis illustrat scripturarum testimoniis, possuntque plura tùm testimonia, tùm modi & rationes excogitari. Sed satis indicasse. Ecclesia non tantùm edocta à Christo Patrem orat, qui est in cœlis verum etiam in litania; *Pater*, inquit, *de cœlis Deus miserere nobis*.

Ad te levavi oculos meos.) Jacobus Jansonius proculdubio similitudine alterius psalmi *x*, cujus exordium est, *ad te levavi animam meam*, falsus, ita hic etiam legit, & mentem exposuit, cum omnes plane editiones, & tractatores, & quotquot hunc locum citant, *oculos* citent, habeantque.

Qui habitas in cœlis.) Alia Latina Psalteria, Hilarius,

y Coloss. 3. 1
z vers. 1. 23
a Ps. 122. 2
b Eccl. 2. 14.
c Matt. 5. 29. & 18. 9.
d Disput.
e Isa. 38. 14
f Luc. 18
g Hebr. 4. 16
h Eccl. 35. 21 & supra.
i Tbren. 3
k Ps. 120. 1. serm. 279
l in Reg. 14
m 2. Reg. 14
n Tbren. 3
o Dan. c. 4
p cap. 13. 35.
q vers. 9
r Matt. 5 & tom. 28. in Joan.
s 1. Tim. 2
t Exod. 17
u 2 Ps. 24